VADIANVS STVDIOSIS.

¶ SCIO equidem q̃ terſum politumq; ac omni ex parte perfectũ
eſſe debeat, quod in publicum emiſſum pluribus ſaltem (quis enim
poſsit ſatiſfacere omnibus?) placere cupiamus. Atq; hoc quidem
vel mea ſententia audacius plane feciſse me non ignoro, hiſce lucu-
bratiunculis noſtris, anteaq̃ emendatione potuerim luce dignas
reddere/editis. Quippe quas vrgentibus impreſſoribus cum alio-
qui ſubciſiuis ſaltem horis ſatis feſtinanter collegi, tum precipue
nuper poſtridie in patriam abiturus, noctu etiam ea potiſsimũ par
te qua multo plura inducere decreueram præcipitanter abſolui.
Verum veſtri candoris erit humaniſsimi Lectores, ſiquid in noſtro
illo quantulæcunq; eruditionis labore, aut minus accurata oratio-
ne conſcriptũ, aut in reliquo opere obmiſſum cõmiſſumue fuerit/
quod vel expolitum ornatius, vel inſertum gratius, vel deniq; reui-
ſum in vniuerſum excuſabilius reddidiſset/ ęquo animo id quicq̃d
eſt opellę accipere. Memores eiuſdem hominis non ſemper eſſe be-
ne ac fideliter docere, & ſimul compoſite eleganterq; dicere, quorũ
vt hoc nõ admodum/id quod apparet ambitioſe ſectatus, ita illud
pro virili mea conatus ſum. Reliquum aut amicorum pertinaciter
exigentium culpa, aut fraterni officij debitum excuſabit. Cui dum
conſulere ac illis morigerari ſtudeo, intra erroris ſcilicet aleam
conſtitutus, ęquo forte maturius ne dicam citius emiſi. Videbo ta-
men vt poſtica diligentia ſiquid opus eſset reſartiam. Vos illa inte-
rim æqui boniq; facite, & Vadianum veſtrum amate.